



par est) habeo pro vita regula, et me totum addico, dedicoq. *ὅσους γὰρ ἔχω*  
 exorta. Egidem vellem hoc me tam vere gloriarī posse: quam scio modis omni-  
 bus acquisitum esse. Eritor modo, et mihi ipse in isto, et clamo ad Deum, ut servus  
 inutilis, qui in herili misericordia spes, et rationes suas omnes collocavit. Ho-  
 nes te esse loco apud *GENEROSVM PRINCIPEM PATRIÆ PARENTEM*.  
 et te tua consilia et studia omnia in communem utilitatem conferre, ex Lambio  
 affine tuo cognovi cum magna voluptate. Sane haec est eorum benedictio, qui ab  
 adolescentia Deum pie coluerunt: ut sint similes arboribz frugiferis, quae patriam  
 suam, et *CHRISTI SERVATORIS ECCLESIAM* locupletent optimorum fru-  
 ctuum ubertate. Age vero vir eximie, quantum conuicti potes, ad iuniorum co-  
 natu, qui sub eodem *CHRISTI* vexillo in uno *SPIRITU*, uno pariter  
 animo per fidem Euangely decertant. Fac ostendas patriam nostram non solum  
 istud praeclarum ingenij tui lumen: sed etiam egregia *SPIRITUS* dona, quae con-  
 sequutus es ex regeneratione. Nampe, ut *APOSTOLVS* monet, decet nos *ἀναξω-  
 πνεύμῃ τῆ τοῦ θεοῦ διδασκαλίᾳ*. Sed ego ineptus sum: qui haec ad te. Valde  
 aucto cognoscere quem successum habitum sit Schola vestra noua quae nuper  
 instituta est Lugduni Batavorum. Intempes tunc fortasse in medijs belli tu-  
 multibz: At tamen *LACEDAEMONII* rebz et studijs suis bellicis semper  
 Musarum quoqz studia adhibuerunt: et sunt in manu *DEI* consilia homi-  
 num et euenta: Sicut ait propheta: *Non est penes hominem via eius: neqz  
 penes virum ambulancem, ut dirigat qz resus suos*. Volebam tecum plura: sed in  
 Scholam retrahor. Vale vir egregie, et mihi praeter ceteros dilecte, cum Chara Con-  
 iuge, et cum Bruningi nostri familia. *Actbz Februarij .15. J. S.* Puerarum  
 custos iam senescens

Johannes Molanus  
 Bremae.

Pax Christi.

N. 261)

Ona. 261  
 Adriani praetor  
 17. 12. 17. 12. 17. 12.

[A. 12.]

N. 250]

Non clam me est quam sit mihi difficile, tam distento rebus necessarijs, absentium  
 amicorum litteris respondere: ausus sum tamen nuper, quasi abundarem otio, te virum  
 eleganter eruditum, Scholam tuo epis tolo provocare. At uincit postquam tua mihi est  
 redacta, non minus prolixa, quam elegans epis tola. meum sacrum voluens, non satis  
 officiosi conticesco. Interia tua fretz aequitate persuasi egomet mihi, nonnullam te meo  
 semper in orbem redeuntis seruitij rationem habiturum esse, qui quidem ab oriente die ad  
 occidentem, festo die et profesto, assidue opus facio, in indomabili multitudine perhe-  
 rentium puerorum: ubi si quid vacui temporis conceditur maligne, idipsum mihi sera nocte  
 ad me redeunt, tanquam lasso, confectozqz boni: vix satis est ad animum recipiendum.  
 quo fuit ut ne praesentium quidem amicorum desiderijs, aut studijs superesse possim.  
 Sed valeant causificationes. Certe quoad hic mecum Reinerus erit vester, qui mihi pro-  
 mam ad te scribendi materiam praebuit: scribendum erit subinde aliquid eorum, de quibz  
 vel mea, vel ipsius interit, vos fieri certiores. Intendit pueri animum studijs, et praefectores  
 suos reuoretur. Spero ut his annis paucis intellecturos, neqz nobis fidem, neqz ipsi  
 ingenium defuisse. Satis nobis secunde res sunt, Dei beneficio, tum domi, tum publice.

Vobis